
The image shows the front cover of an antique book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, often called 'stone' or 'shell' marbling, featuring swirling, organic shapes in shades of deep red, blue, yellow, and green. A central rectangular label with a thin double-line border contains the title and author information. The text is printed in a classic serif font, with the title 'Gayeté' in a larger, bold red font. The author's name 'José Mindlin' is at the bottom of the label in a smaller black font. The book's spine is visible on the left edge, showing some wear and the binding structure.


Je ne fay rien
sans

Gayeté

(Montaigne, Des livres)


Ex Libris
José Mindlin





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to fading and the age of the paper.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and mostly illegible due to fading and the age of the paper.



Magnifico ac Potentissimo
nostro Lusitania Regi
Joanni V.


Aeternam rusticitatis notam non effugerent Ameri-
cana Musa si ad sui Seren. Principis auspiciatissimas
nuptias sancto conciliatas Symen^o quibus nuper Lusita-
nia eximia laetitia praeconiis ut par erat saevet exultans syl-
varum latebris immersa aegresti silentio obmutescerent. Festiunt
pariter Invictissime Rex alacres q^{ae} auream testudine arripiunt
fides q^{ae} Lacessunt ut amorem fidem q^{ae} sua testentur peregrina quide
amulatione. Non illas utique laetet quamvis in orbe remotissimo
cum suo Apolline occiduo tumulentiur quantum Musarū deliciis
indulgeas immortalis in longam posteritatis seriem totius politionis

I
D.

Litteraturæ indicator omnium q̄ disciplinarum magnificus instau-
 rator: divinum hoc genium quo te supra mortale genus luculenter
 exerbis sagacissima nare subodorantes Epithalamium istud A-
 croama in obarati animi pignus erga Principem suū audacissi-
 mo conatu cui tamen facile condonabis tuis modo oculis ante pedes
 proveluta subiciunt, quod tua prius inspecta indole animo q̄ ad se-
 ria et remissione pronissimo non contemptum iri existimant, imò ad
 fulgentis Majestatis tuæ superciliū quasi ad Solis radios presio
 involant, ut qua maximā polles benevolentia ac regia humanitate hu-
 mi serpentes erigas, errantes colligas, nativo q̄ lumine detergis tene-
 bris illumines sermonis aurei quā vacant superinduita venustate.
 Non aliter enim se tuam in aulam insinuabunt rudioris cultus pere-
 grinae Camenæ quam tuis prius conniventibus oculis accessu tacite
 indulgentibus. Illis viam faveas sinu q̄ tuo augustissimo foveas,
 ut eruditorum conspectu non absterreantur. Ad te igitur tanqua
 ad suū tutelare Numen confluunt ut divino bausid nutriantur
 tuā q̄ humanissimā celsitudine adolescant: quis nisi mentis sit
 prororsus alba ad nobilissimam Historiarum Academiam, quam tuo
 Regno feliciter erexisti, cum Pelusiaco Gate citra fucata asperatio-
 nis umbram non sic pleno ore vocem attollat =

Hinc prisca redeunt artes: felicibus inde
 Ingeniis aperitur iter, despectaq̄ Musa
 Colla Levant? — — — — —

lib. 2. de laudib.
 Stillicon.



Mutua vincula ligant duo Regna potentius: arcum
 Vinculat, & curvat dum probareatus Amor.
 Junxit utrumq; potens Regnu: dant vincula vires,
 In cœlum quæ velans tollit utrumque caput.
 Arcum flexit Amor donec curvata cœrent
 Inter se Capita, hinc pectora hinc ferit.
 Lumina dant probaretras, præstant Connubia funem,
 & Spicula hinc labori pectora junctæ duo.
 Non opus est armis, orbem ut manus utraq; Regum
 Vincat, sufficiunt vincula blanda labori.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Oratio.

Agrestem indolem, incultam que barbariem non dum penitus ex-
uit nostra Brasilia, cum adeo agrestem, inculeum que Oratorem Eodi-
ernij hujce Academica gratulationis comitiij medium proferat in the-
atrum. Tanto oneri ferendo vix equidem suppetunt vires feracius
que ingenium exigit Sparta tce nobilissima, cui tamen nisi rustico, ac
insanctissimo Oratori in sylvijs Brasilicij enutrito totius hujus Brasi-
liae Principi plaudere fas erat? In illius igitur cum Seren. D. Ma-
ria Hispaniarum Principe auspiciatissima nuptiarum fœdera tota nos-
tra, qualicumque est, collineat Oratio: ad cuius pedes provaluta famulan-
tij instar uniuersa sistitur Brasilia quia se longe, Latè que protendi-
tur in quatuordecim diuisa Praefecturaj tot titulis, ac nominibus sem-
per sua: quid enim nisi tertium Brasilicij Principem praefigurat var-
tissimij tce terrarum ambitus, quasi in speciem Trigoni oblongi de-
currentis, ut tabulæ geographicæ sedulo contemplantibus innotescit?

Triangulari Bra-
siliæ forma S. D.
Josepho illius ter-
tio Principi conso-
nat.

Accipe interim, Augustissime Princeps, pacato ani-
mo, sereno que vultu quascumque tibi gratæ ex animo referre novus tce
terrarum Orbis longo licet distitus Oceano, triangulari figurâ non
sine numine distinctus caelestem triangulum representans quinque stel-
lij illustratum, ut Principem suum fatali ordine tertium à Mag-
nificentiissimo nostro Lusitanij Rege Joanne V. procreatum debi-
tij plausibus, ac præconiis exciperet cui merito nostri deuoentur amore,
famulantur ingenia, omnium que vota consecrantur? Quinque De-
os, si rite memini, apud Græcos precarie solemnè fuerat, ut presentes nup-
tias, sobolem que futuram fortunatissimo exitu secundarent, Iovem
scilicet aditum, aduleam Junonem, Venerem, Dianam, ac Sua-
dellam: non tuus ego nuptijs, Seren. Princeps, à vanissimo La-

Triaguel in An-
not. dies genial.
lib. 2. c. 4.

Planetarum occurrunt, fallaci que Syderum characteres, nec à magicis elusionibus auspiciatum ducam: faciant hæc omnia: à numeris primò duobus initiari.

Maionum sanguinis splendorem, virtutum que exemplar à potentissimo Rege Joanne V. non solum hereditario jure reser, venâ que traduce participas, sed etiam S. Deoq. tediis nuptialibus propitios ex uno Parente prodigialiter vendicas. In illo etenim augustissimam Jovis majestatem, regales Junonis opes, sacrorum cultum pietatem quæ Dianæ, Leporei Veneris, Charites, eximiam que totius corporis elegantiam desix oculis mirantur omnes, cujus Labii, ut olim de Lenice scripsit Eupolis tota resitat Juadella, eloquii que suavitas aureis catenulis sensim animos devincion: par reser auguriâ tua indyca, ac Seren. Coniux à potentissimo Hispaniarum Rege Philippo V. feliciter exorta. Sic utrimque consentientibus Lusitania, Hispaniarum que Regibus ex duplici quinario felicior numerus resultat, ut nuptialia hæc fœdera auspiciatissima in portenum fore non vanis augurii animi prædiciant: ita Pythagoras inter Pythagoras notissimus denarium numerum quasi rerum omnium principium statuise fertur. Ex hijs ergo numeris in unum merifice confluentibus quot victoria, quot triumphos non ausim promittere nostræ Lusitanicæ? Barbaricas gentes, hostiles que acies, terrâ, mari que prostrigabit, subactis que Mauritania finibus universo terrarum Orbi facile dominabitur?

Vestrum neminem fugit, Literatissimi Auditores, scutum quini vulneribus interspunctum nobilissimæ Lusitanicæ Regibus stemma à prioribus ipsius regni incunabulis maximo semper in pretio fuisse habitum, alii quinque scutulæ cœulei superadditi, Crucis imaginem reserentibus, vel ut quinque Mauritanicæ Reges olim

profligato, totidem que vexilla ab illis feliciter erepta testentur, vel ut
credere sanctius est, ut quinque Christi vulnera Luculentius exprimant,
quibus insignitus apparuit olim Cælestis ille Princeps, regnorumque
supremus Dominus in Cruce actus, **Alphonso I.** Lusitanias
Rege e tentorio militari foras prodeunti ante Luano in illius cymba
Li sonitu cælestis expergefacto. A repetitis quinariis nostra semper pe-
pendit felicitas, nunc iterum non vana augur maiore, adhuc vati-
inor à nuptiis nuper celebratis, inito que novo fœdere inter illos du-
os Reges potentissimos altissimam in Europæ scenâ coronatis fastigii
eminentes, diversis quidem nominibus, paræ tamen numeris, cum in-
ter clarissimos Philippus ille, hic inter Joannos felicissimos Quintus
uterque ordine recensatur.

Annuitis equidem, humanissimi Auditores, ut ex omnium
fontibus metoposcopus introspectio: ne scio tamen quid ulterius porten-
dit ad totius felicitatis incrementum, quid ve significat amplissima
Ecce Brasiliensis Provincia tanto sub Principe exultans: amantissimum
Eos naturæ tæcaturum vario ubique ussu triumphans, præstantior Ecce
totius Americæ Orientalis pars auri sodinarum, gemmarum que pretio
commendatissima, sanctæ Crucis nomenclaturam primum sortita est
à Lusitanis ad illius oras felicissimo ventorum impulsu deflecten-
tibus, à quibus vententibus annorum circuli mutatum nomen, alte-
rius arboris colore oculis lenocinante animos que cupiditatibus incian-
te afficiente, sacro illo priori abolito, quod auspiciatus à felicissimo
Crucis ligno primum inditum fuit. Utraque arbor à colore sangui-
neo pretium sibi vendicat inæquale; primam tamen nobiliori colore
à quinque Christi plagis derivato ita non vanâ superstitione venera-
mur, ut ex illa nostrorum omnium felicitatum flumina emanaf-
se unanimiter fateamur.

Iuvat insuper Calum, quo tegimur, stellis elegantissi-
mam Crucis formam ad polum Antarcticum circumferentibus, ut Eam
Australis Americæ partem beatiorē inter alias mundi plagas com-
mendaret. At Eius omnibus faustissimum quidem omen negotij
Brasilie Principi regales nuptias contrahenti captare quiv prohi-
bet. Antiquissimum Crucis nomen nondum penitus obliteratum, Chris-
tianissime Princeps, cum nunquam à Cælo nostro Nil possint
Cominus abraderē: in hoc signo, ut olim contigit Imperatorum Opti-
mo gloriosam à Maxencio victoriam reportanti, indomitæ popula-
rum acies expugnabis, perpetuis laureis coronaberis, et ancillæ fortun-
næ, tranquillæ pacis ad regni clavum ubi feliciter ascendere innu-
meros clavis, pariter numerabis, et annos: in hoc signo Lusitanis Re-
gibus semper auspiciatissimo primus omnium in agro Orickensi Cælo
maximè estuante ferocissimæ Maurorum turmas ad internecionem
usque prostravit, et amplissimi tot Regum spoliis Louplectatus plau-
dentibus duibus inter gratas vociferantis militis acclamationes Rex
primum ibi inauguratus.

Ita omnia, nisi fallimur, ad regales thalamos aus-
picandos conspirasse credimus: auspiciatur imprimis Calum stellis de-
cussatis, consonat tellus fortunatissimo Crucis titulo decorata faustis
referens augurium palmarum fructibus jam suo Principi victoriæ,
Coronæque à Longè præragiens. Auspiciantur duo Reges potentissimi
fratribus utrimque initis, numeris que in unum feliciter confluenti-
bus. Auspiciatur modo nostra hæc Fluminensis Academia postquam
plaudentibus Lucernarum ignibus tota hæc civitas Cælo emula tribus
successivis noctibus exarsit, et festivo tormentorum conitru strepen-
tibus linguis fortunatissima connubia prædixit. Non vana loquor,
disertissimi Auditores, nec fucato Orationis Lenocinio vestris nunc

auribus importunus obstrepsit. Fulmen, & ignes boni ominis fuisse nupti-
tium apud veteres quibus nesciat? Confessus generum nimbus Hymeneus et
ulei intonat, et testes firmanet connubia flamme. Delusiaco vari ac-
cinit Mantuanus, et testas, et pronuba Iuno dant signum fulsere ig-
nes, et concius æther connubii

Claud. Lib. 2.
de rapt. Proserp.

Lib. 4. Æneid.

Festivo tormentorum sonitu ab arcibus concorrentibus
velut à nupti nubibus audivimus ignitas volutes evomentes, innoxio
que strepitu animos ad lætitiā genialiter invitantes. Circumspexi-
mus turrita montium cacumina constructis ubique pyris conflagra-
re, sinuosa littora distinctis flammarum ordinibus circumvoluta cum
vicinis fluctibus ignibus decedantibus. Vidisti centoculas templorum
turres longa Lucernarum coronā lascivientes. Arnaas faculas imi-
tantes ne vana, irrita que vota succederent. Vestris oculis adhuc Ma-
omnia amenissima spectacula obversantur non sine maximo animo-
rum oblectamento. Impeximus præterea Martiales ordines medio foro
accensis funambulibus instructos in Laberyntos flexus multimodis circum-
aqi, nunc partitis ex arte lineis, nunc densatis cuneis iterum implicari
tripudiantium more gratissimam pompam inter nocturnas tenebras
oculis exhibentes. Non sic in nuptiis Cupidinis, et Psyche lætibus Lucida,
et Lauris oblitam congestente Hymenæo totam domum exultasse me-
morat Apuleius, ut rubentibus fortunatissimum exitum auspicaretur.

Sacris nuptialibus ignem, et aquam præferre Veteres con-
sueverant, ut testatur Licinius Valerianus: mixtas cum flumine flam-
mas in hac Civitate Humineni si citra miraculum huius proxime etiam
diebus animadverimus; exarsit festivus ignis fluvialibus undis, ut
auspicatissima connubia sacramento ignis, et aquæ felicibus ominibus
celebrarentur. Inter Philosophos non pauci recensentur, qui formas
rerum omnium ex igne, et aqua produci existimaverint, sine suspic-

Lib. 46.

cor morem Num apud veteres celebrandi nuptiarum invaluisse, ut proli-
cam sobolem ignem, et aquam preferente, vaticinarentur. Regiam
prolem, augustam que sobolem ex Egea Fluminensibus ignibus num-
quam defecturam ad pacificam totius regni administrationem, sem-
piternam que coronam Lusitanicam propagationem certius auspicio: vati-
cinanti faveret Indiarum Apostolus profetico afflatu numine = Eccc,
inquit, Princeps magnus pullulat in regno, et cum eo nova pariter
pullulant incrementa, si nominis etymon modo vacat ex sacris Litteris
investigare = Filius accency Joseph.

Nova equidem crejuunt auspicia ex utriusque Principis non vanam nominis umbram consideratione; ex celestibus nuptiis Maria cum Josepho totius humani generis felicitas nata est, per Josephum ejusdem Tribus, et familiae cum Maria non tantum ex divina promissione, sed hereditario successione jure in Regnum, Sceptrum que Davidis successit Christus, cujus victoria acerbissimum servitutis jugum excussimus, Caelo iterum vindicato, ejus que foribus reseratis, quas postea in aeternum clauserat Protoplastus. Consonat utriusque Principis regale nomen, augustissimum pars, ejusdem que sanguinis, ac propaginis. Felicitibus ominibus, ac nominibus sacris nuptialibus adstipulantur Ser. D. Maria, et Ser. D. Josephus Brasiliensis Princeps, cui hereditario successione jure regnum, Sceptrum que Lusitanicum destinatur: videte igitur inauguratum Regem in die deponationis Mii, ad cujus nuptum componitur univexum terrarum Orbem, decrevit Surcanum Luna, crevit Lusitania, formidat Mauritania, triumphat nostra Brasilia, tota que se evicerat novis apertis aurisdinis exuberans, quas omnes suo fortunatissimo Principi litat, consecrat, offert que gratulabunda.

Hijs insuper quatuordecim Praefecturas, in quas Latissim-

mè disperitur, in medium profert, ut merito suo Principi quatuordecim
annos feliciter adimplenti profusum gaudium applauderet. Stellæ undecim Genes. 37.
Solem, ac Lunam sibi quasi per Somnium famulantes vidit olim Jose-
phus, et ille in sacris Litteris decantatissimus, antequam Princeps totius Æ-
gypti destinaretur, quatuordecim Præfecturas personatas totidem Stellæ
referentes, et hinc genuflecteret ante suum Principem non quasi per Som-
nium, sed aperti oculis, amoto que sipario in patentissimo theatro vide-
bitur, et Brasiliam quasi Lunam in circulum curvatam pleno Amaltheæ
cornu argentum, et aurum circumferentem. Susitaniam quasi Solem
fulgoribus conspicuam ad illius jam se pedes inclinasse nullus infici-
abitur. Superest modò nostram Brasiliam, tanquam Lunam Solis gmu-
lam, stellæ quatuordecim constipatam coram suo Principe curvantem
genua contemplari.

Adeste interim auribus indulgentibus, Linguis que faven-
tibus, discretissimi Auditores. Univerfam Brasiliam ab Amazonum
Flumine usque ad Caput Sanctæ Mariæ, quibus utrinque clauditur
Limitibus, attentis oculis circumspicite, ejus que Præfecturas tanquam stel-
læ quatuordecim animadvertite flexis genibus JOSEPHO SUSITA-
NO festivo Acroamata plaudentes quatuordecim simul annis regales
nuptias ineunti cum Ser. D. Mariæ tanquam Aurora ab Ægy-
ptiâ resurgenti, ut optatissimo rore totam fecundet Susitaniam, Bra-
siliam que nostram æternis fulgoribus irradiet.

Dixi.

Faint, mostly illegible text at the top of the page, appearing to be a list or table of contents with several lines of entries.

Section of faint text in the middle of the page, containing several lines of entries, possibly a continuation of the list or table of contents.



Ieroama Epithalamicum

in auspicalissimis nuptiis

Seren. D. Mariae Annæ Victoriae Hispaniarum Principis

cum

Seren. D. nostro Iosepho Brasiliae Principe
habitu in Collegio Fluminensi Societatis

1699

quod

in tres actus dispescitur.

Personae

Mercurius Prologus.

Brasilia cum suis qua-
tuordecim Praefecturis.

Sylvanus agrestis.

Chorus.

Praefect. Babiensis.

Praefect. Olindensis.

Praefect. Fluminensis.

Quatuor Naiades.

Praefect. Tamaracensis.

Praefect. Sergipensis.

Praefect. Portus Securi.

Praefect. Spiritus Sancti.

Praef. ex parvulis insulis vulgò Ibicos.

Praefect. S. Vincenij.

Praefect. Paraibensis.

Praefect. Magni Fluvij.

Praefect. Siarã.

Praefect. Maranhonia.

Praefect. Larã.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a cursive script.

Second line of handwritten text, appearing to be a list or a set of instructions.

Third line of handwritten text, continuing the list or instructions.

A small, isolated handwritten word or symbol.

Fourth line of handwritten text, possibly a separator or a specific instruction.

A small handwritten word or symbol.

Left column of handwritten text, consisting of several lines of cursive script.

Right column of handwritten text, consisting of several lines of cursive script.



Prologus. Mercurius.

Hic Regis Lusici Minister aliger
Supra mari fluctibus tumentes transferor,
Tadae jugales nuntians Americae,
De qua plaudent nuptiis Regalibus.
Adeste maximo inclytis Urbes Principi,
Cui plaudent Orbis, ignibus caelum micat,
Et Juno amicta flammeo sacris orat.
Tu sola flaventi metallo fulgurans
Lax inter omnes Americae dignior
Facies beabiz, nuptiasque Principis;
Europa quamvis gestiat prior omnibus,
Et regio cultu ferat sese altior,
Non te secundam mente certus auspicio.
Age ergo: vires exsere: ad sunt Numina,
Effundit ultro blandiens rosas Hymen,
Novo que tellus vere late purpurat.
Aetate nostra saeculum redit aureum,
Olim fuisse quale per satium ferunt,
Orbis tenente sceptris falcifero Deo.
Adeste Longe Martis ultrices faces,
Procul hinc Erinnys dira veterum parentis:
Quiescat Orbis, gratior nobis dies,
Moxit: ad plausus Venus blandi incitat.

Castij que flammis bina flagrant pectora.
Plaudente Caelo, plaudat orbis aurifer,
Novo que cantu nuptias canat altius.
Exultet inter nuptias remotior
Lary maior Orbis Ecce; facies Hymen novae
Accendat, et fluctu tumescat aureo,
Ripa que flumen diviti superbiat.
Adest Apollo cum novena lampade
Americanae permeans Sylvas: ceterum
Iam pulsat auream, resurgent arborey,
Ludij que festivi virentes gestiant.
Tave interim corona circumstantium
Linguis, et auribus benigna Principi.

Actus 1^{us}

Canit Eorū.

Non usitato Principem,
Musq; uanentes carmine
Nostrum remotiq; dicite
Abusque terris finibus:

Exultet attet, gestiat

Lan Orbis Eujus nobilib;

Auro potenti ditior,

Spanij coronij floreat:

Adeste Musarum chorū,

Castas cloricas ducite,

Telū, et astra plaudite

Americano Principi.

Brasilia.

Sparge nuce, accende facies, Hymenque, sinistra
Concurre flammis: Lararum vestera ducant.

Faueta que fila manus, niveis radianda Lapillis

Hæc erit una dies, roseis que notanda coronis.

Insula regale dicurnat candida portes,

Exhalet que toro castor genialis odore;

Arbor, Faupicij sponsalia facta secundij

Syriadum imperium, nomenque ad sidera tollant.

Sylvanus cupressum manu gestans se prodit.

Qua te cura facit tot carmina funderet ventis?

Ab multiplicem que sonum tanquam Cigarra per auras
Spargere? Brasiliis invitans gutture melior?

Bras. At nimium Sylvane nudis, nimis horride cultu!

Grata mihi quantum fiant connubia nequij?

Regales quid manus quam vincula sacra jugarint?

Vix equidem possum tanto sub Principe constans

Fama volans nostro transcendens equore pinu,

Nota que Laurigeris testantur gaudia clarte.

Sylv. Qui novus hic Princeps? modo que nova nupta maritat?

Hic, puto, sunt gery, vel anili fabula: passim

Audio fatales narrari mille patrantias:

Non sum adeo obusis / Licet et Sylvestribus ortus

Salcibus, / ut credam volitantibus aere verbis.

Bras. Stulte, quid insanis i' illius imaginis rerum?

Certa loquor, nec vana fides, nec littera: Princeps

Noster ovat, nuptam que parem Caelo auspice ducit.

canit clony.

Vivat Brasiliis Princeps in Nestori annos,

Aeternumque nova Joseph cum Principe vivat.

Bras. Audis, que resonant, gratissima carmina Sylvij,

Manatior que modor: redeat qui rupibus Ecto

Dulcior et nostras subiens demulceat aures?

Sylv. Auribus atque aures artectis modulamina vocum,
Festivos que sonos, varios que per antra susurros,
Saltantes Faunos, exultantes que Priapos
Tympana pulsantes, Cambadesellas que virantes
Nunc procul aspicio, quia se Ramalia pandunt.

Repetit e Long: Vivat &c.

Sylv. O quam dulce melos! regalia nomina quantum
In Lusnum faciunt embasbacare! Cupressus,
Quam fero, Leticia jam jam saltare videtur.
Serpentes, nantes, gradientes, atque volantes
Undique concurrunt; stupet hic Lantiera, Tignique:
Enumpit que foras Latibris genus omne ferarum;
Lytacum in ramis viridanti tectis amictu
Clamat io, Joseph que loquax, repetit que Mariam.

Bras. Non satius ad plausus; ibi, Sylvane, per omnes
Brasilis tractus, quia lati extendimur, Urbes,
Extremos que locos ad publica gaudia ducens:
Scis bene sub nostris quora Praefectura vetusto
Ordine se tollat plures dominata per annos
Finibus, tam omnes duc in progenia Ludis
Incluta: Sylvicolam nec te Labor iste gravabit.

Sylv. In me nulla mora est: Zepteyro velocior ibo,
Et pro vexillo dextra quatiente Cupressum
Nunc ego cum radice feram; faciam que per aurum
Non tot quin plures gyros, a flumine Lara

Nomen Amaronidum incipiam referre: vocanti
Lestis advenit Maranton, Lamyba, et Olinda, Bacia,
Securus que simul Magno cum Flumine Lortus:
sic Luffecturas proprio sub nomine auam.

Non deerit noster Fluvius Ianuensis oberrans
Fluctibus auratis, curvata cacumina portans,
Saccarum que vomans vicinus ad ostia Lanem.

Bras.

Dum Sy. Ivanus abest, dum nuncia fama vagatur,
Extremos que locos penetrans dum convocat Urbes
Lracipuas, tadas que parat, flammam que jugalem
Exultans accendit Hymen, pompam que superbam
Exornat Regina Deum, spargit que rosarum
Versicoloratis mixto cum floribus imbres
Alma Venu tenero famulante Cupidine, parvam
Principis effigiem [quam misit Lysia] nostro
Condideram que sinu, juvat tunc ter, et amplius ori
Figeret, vibrantes que oculos, faciem que serenam
Cernere, et assiduo per singula volvere sensus.
Claudit in exigua, nisi fallor, imagine Calum
Docta manus, Solem que duos divisit in orbis,
Sydereos vultus fingens, radios que comantes:
Fastigatus apex, quantum vaga lumina fulgent!
Quantus spirat honor! quantum Lepor innatat ore!
Quanta supercilii cum majestate triumphat
Gratia! quantum amor teneros circumvolat artus!
Augustum decus o quantum, reverentia quanta!
Et castigat collecta modestia frontis!
Quas Lemniaci Navos se tollit in armis,

abit.

Fulgentes que refert Eumeros, auro que nitentem
 Casarem cervice quatit, Lapideis que renidet
 Cultibus, Assyrio gaudet que superbus in ostro,
 Sic modo Casareum referens in imagine Princeps
 Et genus, et proavos Augusto sanguine claros
 Emicat, et Patrem gemmantia sceptris tenentem
 Syria, cui gemino Laebus famulatur ab axe,
 Fama que grandiloquo spargit clangore per Orbem.
 Aspice quanta tuis pedibus, Clarissime Princeps,
 Subditur effusis telluris amplissima campis
 Gemmantem variata sinus, gravidam que metallo
 Divite: Sylvanum circumspice tecta galero
 Agmina frondenti, truncis que innixa superbis.
 Hinc Hyblea regem teneras eripatur in Eastas,
 Dulce satellitium non tela minantia prestat,
 Quin tibi saccharas, celestia munera, metas,
 Mellis, favos que litat, tibi sudat mille trapetis
 Mespis arundinosa, et spumantes frigida liquoris
 Cardinibus librata suis tibi jure propinant.
 Quidquid Hydaggeis flavitibus errat arenis,
 Quidquid odoriferis spirat Panacea sylvis,
 Quidquid et extremis Jbetis Indica mittit ab Actis,
 Arganico que sinus, nostris tibi panditur oris
 Largius, argento, flavo que nitentibus auro
 Fluminibus, maiora tuo sub nomine crescunt
 Dona vadis, et opum maior tibi copia cornu
 Pleno oritur, dum nostra beas, penetras que calore
 Viscera Laebis, nitidus bullantia venis:

Dum sic blanda tui lux aurea vibrat ocellis,
Irradiant que novum Solis nova lumina mundum.

Canit cœtus.

Vocē concordī canamur.
Principem nostrum, Camerū,
Illum in astra tollit.
Solis instar jam resurget,
Nunc et Orbem jam coronat
Luce plenū aurā.

Præfectura Fluminensis ab alto monte se præcipitat.

Præcepit ab alto vertice Fluminis
Sabentis instar nubibus audiens
Nunc adyto, præceptis que parentis
Brasilicæ feror ante plantas.
Festiva clamant omnia nuptias,
Sacras que nostræ margine Naiades
Stagnante certatim canentes
Aure bibi resonante plectro.

Illustrat undas quibus novus aureas
Sol ore nostras. Bras. Principis inclyti,
Quam certis extorquens amore
Hæc facies veneranda nostras.
Agnosco vultus, maxime Principum.

Fluv.

Non umbra fallit picta coloribus;
Americanae Solij inftar
Hac radiant, beat' umbrae terrae.
Te Diva gratum quae colit Antium
Ambit serena fronte, volubilem
Non urget ultra pertinaci
Fixa gradu famulatur Orbem.
Cedant Iulij Teucer, et inclutus,
Castij que florens Hippolytus rosij:
Te Castor, et cursu triumphans
Expetrent Megareij, et Ery.
Te fama circum plausibus intonat,
Asurgit astris emula gloria,
Te candor augustus venustat,
Frontis honor, claritasque blanda.

Apparent Naiades natantes, et canentes.

Aegle. Felix o ter, et amplius
Tellus Brasiliae Principe!
Dulci Fluminis alveo
Vox haec Leta sonabit.

Siringa. Unde effluat aureis,
Ripis turgeat inclutum
Flumen, nec vaga nuptias
Sacrae unda tacebit.

A
Fluv.

Adeste sacri agmina nuptii,
Laudente Caelo, cœcula Naiadum:
Exultat cœter, auspicata
Signa volant per inane flammæ,
Sævo que Cælum jam tonitru sonat,
Tàm celsa flagent culmina montium,
Tàm sacra festivi Lucernæ
Templa micant, radiant que turres,
Explora raucis undique fulgetis
Tormenta plausus ingeminant, faces
Attollit in gyros que Ludens
Mille sono movet arma miles.
Aegle, sonantem percutite barbiton,
Leana Leti cumque sororibus
Festivum adorna, Fluminis que
Multiplici fremat unda cantu.
Invitat. Aeglen Fluminis impetu:
Voce que blando murmure Naiadum
Lacessit, ad plectrum que tardas
Flumen agit properante cursu,
Tàm læta circum purpura marginem
Vernantem adornat floribus aureis,
Inter que flavescent arenas
Divitiis fluit unda turgens
Dum vos cœteras, Fluminis incedis,
Castos que ludos ducitis, interim
Hâc sede spectatrix quiescam
Dulce bibens modulamen aure. Sede parato sibi solo

Bras.

Q
Insectura Flumin. canit.

Vos, o Fluminis incolæ,
Carmen solvite Naiadæ:
Electro plaudite Principi:
Favet pronuba Juno.

1^a

Regum nata propagine
Virgo ducitur incluta,
Formâ cui Venus invidet,
Et formosa Diana.

2^a

Mater juncta Cupidine
Nupta pectus eburneum
Leni cupide Lancinat
Molle vulnere ictu.

3^a

Laudant æmina cælica,
Tellus Brasilia floribus,
Gemmis aurea flumina,
Laudant Naiades undis.

4^a

Turgent fructibus arbores,
Currunt aurea sæcula,
Tota exultat America,
Et festiva triumphat.

Q
Fluvius representat.

Vos turba nostri Fluminis aurei
Inter cœlestes ludite: Principi
Applaudat Orbis, blandienti
Clara sono ferat unda gemmas.

Naiades canunt.

1.^a

Festiva resonant carmina,
Nostro que plaudant Principi
Tectis sonantibus fluctibus,
Tectis que vernis floribus.

2.^a

Densentur aëre volucres,
Lenis que pictis gestiant
Carentes tealamos Principis,
Regum que sacrum indyctum.

3.^a

Sonante repetant barbitis
Plausu frementes Naiades,
Apollo ctoreas instruat
Arden novena Lampade.

4.^a

Camena faveat regis,
Hymen que sacris nuptiis:
Vox una sonet tunc Principes
Divant in annos Nestoris.

Actus 2.^{us}

Brasilia.

Quae te Sylvanum Cultor, mora dira volentem
Detinuit? cur Lentus abes? jam tempora cursu

Voluntur rapido, reditus nec signa relucens
Vlla tui: tumido num te committere ponto,
Aut patrios nemonum potius superare recessus.
Ausus es? o adsint nostri tibi Numina Caeli!
Adspicere Zepheiri, in cursu, reditum que secudent!
Neu patiare graves Luctari in pectore curas.

Syl. Palpitat oē quantum Longā mihi pectus anhelans,
Immensā que viā remeando flumina, montes,
Montantes super astra feras, brentas que tremendas!
Quāquam mellenas manjavimus ordine Leucas.
Multa medontiferi torrentia monstra figuris
Horeico referens sese obvia ubique dedere:
Ceyma macacorum ramis pendebat ab altis,
Ludentes que etoros pedibus saltantibus omnes
Aere fugebant: animal procul tunc pede pigrum
Instar Serpentis cum tortis unquibus ibat.
Altius arboribus clamabant voce Guariba,
Inferior circum stabat pars altera cantans
Ad data signa manu: gravis hic, sonat alter acutus
In medio residens Catulus, spumas que fluentes
Raucisono abstergit gossii pars altera papo.
Insuper ingentem spiris amplexa Leonem,
Lace que concordi Serpens blando ore tenebat:
Mens stupet, et sensus tenebroso Enigmate pasmane.

Bras. O quantum, Sylvane, refer! mirabile monstrum!
Fatidicā auquium Latet Eac in imagine: nodum
Qui modo difficilem solvat novus Oedipus? altā
Mene Mud retine monstrum fatale; Batice

Hoc problema dabit latebroso Anigmate ceum,
Illius obscuro nexu Academia solvet.

Syl. Credo equidem, nec mente cadens anigma volabis,
Quod solum Oedipodij faceret virare miolum:
Ecce tibi ingenti jam jam jam maxima pompa
Praefectura, caput turrita Bahia propinquat
Praefectarum Longa comitante caterva.

Canit e Eorum.

Bahia sponsum regium
Laena Latum concinens
In astra tollit plausibus
Venas recludens aureas,
Opes que fundens patriam
Grates rependit debitas.

Prodit Bahia cum sibi quatuor annexis
Praefecturis, vulgo Sergipe, Ilheos,
Lortuz, Securaz, et Ca-
pitania.

Bah. Nuncius ut primum ad nostras feliciter aures
Detulit augusti Connubia Principij, Orbem
Qui regit occiduam, et teneras moderatur Sabenas,
Brasiliam auspicii totam regalibus implens,
Sedibus e patrii adsum festina, volanti
Calcar amor, celeris pedibus simul addidit alas.
At, que Brasilicij tot jam caput urbibus annis

Nuncupor, et primum, cur non prior omnibus una
Sedibus inuitor? qui nunc mihi casus honorem
Exeripuit? Fluvius que prior fluentibus undis
Ducitur ad plausus, festiva que gaudia currit?
Nonne ego Lysiadum nullo cum sanguine Regi
Subdere visa prior collium famulantibus ultero
Indigenis? alia, cur fama volatili oras
Buccinat, et nostro cur longius orbe recedit,
Flumine capta vago? sic Di voluere! supremis
Lothabit, quandoque iuvat fortuna minores:
Sic vaga Apollineo Delos se tollit ab ortu,
Sic Iove Cretensy, simul et Junone superbit
Insula, sic alia, superat celo emula terras.

Bras. Mitte procul que stus, justos deponere dolores
Urbs augusta, ingens, Lysii celeberrima regni,
Nil majestati, nec cononi casus ademit:
Inconcussa manet tibi gloria: Flumine quamvis
Regali celebratus Hymen, et de que jugale
Sint prius accensy, sunt ego praeludia, qualy
Antevolat solem rosey Aurora quadrigis:
Brasilis caput ex; sunt te peneq; omnia, festos
Regaly tu sola potes componere ludos.

Bac. Lothiceor: testor que fidem: ex lauribus repostas
Divitias, multos que auri servata per annos
Londera cogit amor: populos que, animos que ciebo.
Quos circumfusi nobis famulantur in orbem.
Sponte lacepsitus veniet, si aram que re linquet
Mulleiber Arosiam, nec doctus ab arte figuray

Induet innumeras, oculis, spectacula, pompam
Magnificam que feret, Ludentes aëre Stamma,
Ore que centeno dyplora meta illa sonabunt.
Insuper egregios tumeros Eolorica vestis
Multa teget, fulvo que auro, Tyrio que lacessent
Munice vibrante, radios velamina Jovis.
Lurpuru color ibi ovarij: mihi serviet Indu
Turifer, et Ganget merces prestabit opimay;
Caesa triumphales surgit Sylva omni in arcu;
Dyecat Ulyssæy, quid possit Brasiliy, orby.

Sylv. Gloria maior erit tibi, si hoc enigma recexay
